

A

시우인

—
—
X.
—

Schola triumphata per... Georg. Rakoc

Alba Julia, 1638.

Kolozsvári Egyetemi Könyvtár
Felzeti Régi Magyar Könyvtár 2063.

2063 SCHOLA TRIUMPHATA

Pcr

Illustrem & Magnificum Dominum,

D. GEORGIVM RAKOCl,

Filium Illustrissimi Transylvaniæ Prin-
cipis primogenitum,

a. d. 15. Octobris, anno
M. DC. XXXVII.

Accidentibus fratre ipsius Illustri ac Magnifico
D. D. SIGISMUNDO RAKOCl, & reli-
quis Scholæ aulicæ discipulis,

In frequenti coronâ Illustrissimorum Transylva-
nia Principum, Procerum, & omnis ordinis spe-
ctatorum atq; auditorum.

OS (:) SO

ALBÆ-JULIÆ,
Ex Typographia Sua Celsitudinis.

M. DC. XXXVIII.



LECTORI BENEVOLO.



Ux, malum, inquies, hæc Triumphalia? Scholam, quæ est officina pietatis ac humanitatis, & seminarium Reipublicæ juxta & Ecclesiæ triumphari? Id verò indignum facinus. Sanè, inquam ego, indignum hoc forer facinus, si scholam spectes in ijs, quæ dixti, clogijs. Verùm aliam cum Senecâ hic spectare te velim scholæ faciem. Sic igitur ille Stoicæ philosophiæ hyperaspistes epistolâ supra sexagesimam secundâ. Erige te, inquit, Lucili, virorum optime, & relinque ludum istum literarum philosophorum, qui rem magnificentissimam ad syllabas vocant, qui animum minuta dicendo dimittunt & conterunt. Et rursus epistolâ octogesimâ nonâ masculè, more nempe suo, ait: *Quidam illud de liberalibus studijs querendum judicaverunt, an virum bonum facerent. Ne promittunt quidem, nec hujus rei scientiam affectant. Oportet igitur in scholis ita versari, ut non discamus scholæ, quod dici solet, sed vitæ, atque adeò ex scholarum carceribus emissi, versemur in luce reipublicæ.* Hic nimirum est ille triumphatus, quem gratulamur illustri & magnifico huic adolescenti. Postquam enim ille meliores literas calidè ac frugaliter in scholâ aulicâ didicisset, suiq; profectûs specimen in solenni examine cum applausu auditorum edidisset, visum fuit faciendum illustrissimo parenti, vestigia laudatissimi Imperatoris Valentianiani hâc in re imitari: qui Gratianum filium suum adhuc impuberem ex disciplinâ Ausonij, viri doctissimi, in suam

tradidit, ac secundum in Germanos eduxit. Tantum igitur
abest, ut hic triumphus ignominiam aliquam scholæ adfec-
rat (quod in triumphatis hostibus usuvenire solet) ut è
contrario gloriam ejus non uno modo augeat. In eo enim
est scholæ gloria, ut non sit meta laboris, sed via, quam qui
cum curâ insistunt, veram virtutem & solidam beatitudi-
nem haud inauspicato petessent. Quam gratiam statim
scholarum O. M. largiatur omnibus, qui hæc reip. arma-
mentaria sarta recta cupiunt. Atque hoc est, quod te pau-
eis volebam, mi lector. Tu ergo hauddubiè nostræ scholæ
triumphatæ unâ mecum accines *Io p.eant Albâ Juliâ. 12.*
Januarij, anno Sospitatoris nostri M. D C. XXXVIII.

J. H. A.

GEOR.

GEORGII LAZAR.

VNDE tot hæc homines? ingens hic unde tumultus?
Contio tantorum sibi quid vult ista virorum?
Nil vacui superest, impleta palatia, plena
Curia, multiplices huc confluxere cohortes,
Usque adeo ut se se feriant tundantque vicissima,
Nec nisi laxato sit fas accedere cuiquam
Ordine, per densas acies densaque catervas.
Mirati multi postquam tam stricta viderent
Agnitâ, spectantes quæ causa coegerit istos.
Sperabant alij laitis convivia mensis,
Quæ possint avide jejunis sumere buccis,
Atque metu dulci sautes implere catentes.
Jam citharas pergunt alij reparare sonoras,
Tympana grande tonant, sonitu quoque buccina rauco
Mille moveret risus, dat tibia mille cachinnos,
Deducunt choreas quidam per plana salaces
Compita, sed dapibus sautes pars magna vorandis
Præparati. At talis vanâ est intentio vulgi.
Non ea non nostri est conventus causa; recedat
Hinc procul à nostrâ longè lateque catervâ,
Pergat, & extremos hinc is transmigret ad Indos,
Quem nugæ oblectant variae, cui tota voluptas
In stomacho est, & qui graviora negotia nunquam
Curat, cum tali nobis cognatio nulla est.
Non ea mens nostra est, sublimibus utitur alis,
Alta petens humiles curas contemnit, & illa
Scrutatur, superum quæ sunt mysteria divum.

A;

Canticum

Currit in his quæ sunt cœcis inclusa tenebris;
Nec nisi quos Pallas gremio laetavit in imo,
Militiam aut docti magnâ Mavortis in aulâ
Secretum capiunt illud, quod ab æthere missum
Communi intendunt mortalibus edere voto
Cœlicolæ. Hinc passim tot convenere cohortes.
Scilicet astripotens Mavors splendensibus armis
Intonat, & recto disponit in ordine turmas,
Collocat à dextris, clypeis, thoracibus, hastis
Ornatos, pharetratus eques de parte sinistrâ
Ponitur, & figit varias hinc inde catervas;
Arte quidem tantâ ut cœli mirentur & astra.
Scilicet huic similem Titan non videtur ante
Pompam, nec toto similis fuit antea in orbe.
En pariter diuos exornat Apollo sorores,
Carmina mille canunt Musæ, dulcique Camœnæ
Ore melos resonant, feriunt sublimia cantu
Sidera, delectant radiantes lumina vultus.
Nec mirum est, hodie quoniam resplenduit aula
Martis, & à doctâ quæ nata est Pallade virtus
Festinat superas Mavortis visere turmas.
Nam properat Georgius magno splendore Rakoci
Patrem militiae missis accedere Musis.
Quod velut è speculâ cœlorum sede supernâ
Mars perspexit, & hi proprijs quos pascit in ulnis.
Unde movent toto lœtos in pectore motus.
Ergo sub testis placide residebimus istis.
Vos quid tanta velit turba, exspectate, videte.

SIGISMUNDUS RAKOCI.

Ex quo ter quinos mihi dant numerare per annos

Fate-

Fata dies, suavi captavi somnia mente;
Mœror nullus erat, semper sed sola voluptas,
Optima cunctarum rerum, lætissima præstò
Adfuit, & faciem porrexit blanda serenam.
Gaudia seculari novi, dulcemque quietem
Percepi, semper licuit vixisse beato.
Quicquid perpetuâ clarus vertigine Titan
Lustrat, id omne meo sensi servire favori,
Damna nec ultra tuli, nec me lucrosa fecellit
Merce, unde solent muliebri more querelis
Tristibus, ac gemitu dubio, lachrymisque madere
Pectora. Me merito vocat omnis turba beatum;
Me pars magna hominum summo suspectat honore,
Miratur secum tacitus, me versat in ore
Quisque bonus, irostras certatim currit ad ædes.
Tam faciles habuisse Deos sibi quisque precatur.
Si mecum cuiquam liceat pepigisse fiducie
Fœdus amicitiae, felici sorte potitus
Dicitur, huc etiam summo contendere sumptu
Conatur, nisi cui lumen rationis obumbrat
Stultiæ caligo gravis, mentisque vigorem
Tollit, & ad vanos actus dementia pellit.
Non tam en inficior: multorum viscera pungit
Invidiæ stimulus, cuius sævissima pestis
Cogitat innocui dirum miscere venenum,
Felices odit, virtutem dente canino
Rodit, & assiduo tandem consumere morsu
Nititur; ast hujus rigidos horre seere rictus
Non soleo, si quidem fidi super omnia amici
Rara fides, mihi quem prima incunabula quondam
Junxere obsequio, firmat, mea commoda mecum

Percipit,

Percipit, & mecum latus sua gaudia confert.
Plena jocis mecum celebrat convivia, mecum
Dulcia mella solet sine meisto sumere felic.
Hic mecum vivit, mecum unâ sede moratur,
Ad latus adquæ pedes nostros hie jungitur unâ,
Quod coquus ante focum secentibus edit ab ollis.
Sumimus, una Ceres, idem nos Liber utrosque
Pascit, in adversis & si quæ durior unquam
Sors mihi contingat, (quoniam fortuna rotatur
Continuo motu, nunc huc nunc volvitur illuc,
Ut si cui faciem nunc præbeat ipsa serenam,
Deteriore rotâ cras mox detrudat ad Orcum.)
Si mihi contingat talem illucescere solem,
Non fugit ut duræ fortis pertentitus umbra,
Sed confert vires animi, mea damna levare
Conatur, quantumque potest prodesse laborat,
Condolet, amplexu dulci me mulcet, inquis
Si quenquam videat me fortè lacestere factis,
Horrida non metuit tractare viriliter arma,
Et causâ nostri vel vulnera tollere, dextram
Hostili aut potius temerare in sanguine. Mecum
Quandoquidem vixit primis nutritus ab annis,
Mecum dura tulit, subiit clivosque viarum
Difficiles, per quos sublimes itur ad arces
Doctrinæ, per quos sapientia clara paratur.
Et iam longa quidem in studijs transgimus usque
Tempora, nocturnas pariter jungendo diurnis
Horas, nulla tamen studiorum tædia sensi;
Nam fuit à teneris annis mihi grata voluptas
Undas Pierio dulces de fonte levare.
Sed post fortè aliquod tempus, luccescet ab ortu

Una

Una dics, quæ nos curis exsolvet utrosque.
Tunc valeant Musæ, tunc Mars splendentibus armis
Cinget utrumque latus, nostrorum hinnitus equorum
Aëra complebit; florente satelles in aulâ
Plurimus, ornabit palatia nostra, per agros
Currendo levipes cervos velociter ante
Vertet equus; si quæ mens oblectamina poscer,
Mox venient nobis, parebunt omnia votis.

SIGISMUNDUS DEBRECZENI.

Credideram varios quondam reperirier orbe
Ingenuos, quorum vitijs aliena protervis
Mens non fallatur, vero sed tramite recti
Dirigat asta sua, & semper laudata sequatur,
Nec quandoque boni decepta ab imagine falsâ
Devict à veri specie, fugiendaque tentet.
Sed falli mecum cunctos qui talia credunt
Nunc video, proprijque docent incommoda damni.
Nemo adeo prudens, quo non prudentior alter;
Nemo adeo sapiens, quo non sapientior alter.
Jactamus quondam mentes, cervice superbâ
Erigimus artistas, quoties titubante cerebro
Ardua quisque sapit; sed quam confunditur ista
Cunctorum facile prudentia, cernitur illi
A falso verum discernere qui tenet aptè.
Quis credat tantum juvenem, sapientia cuius
Mira latet, verbis falli potuisse? sed cheu!
Deslerem expertus captum, nisi turba vetaret
Præsentum, cuius prudentia summa stuporem
Moverat, occasus, cunctis, quos nutrit, & ortus.
Scilicet hic mecum didicit solertiū artes,

B

Ad se-

Ad seros voluit Ploto quas transire nepotes.
Non hunc ingenio Thales Milesius, aut non
Summus Aristoteles vicisset acumine mentis.
At tamen heu quantum est infelix vox malorum,
Falsus, in occulto qui præbent molle venenum,
Ut nihil esse putet verum nisi quod facit ipse.
En jam discessum dudum molitur amicus.
Ipsius, ad longas cupiens discedere terras,
De quo dum placidis moneo quandoque loquelis,
Ut si qua ratione queat prævertere mentis
Conceptum, donec superest spes ulla laboret;
In fumum mea verba volant, nec porrigit aures.
Attentas, à me stomachoque iratus amaro.
Aufugit, & tacitus verbis obmurmurata mens:
Capta oculis veluti devitat talpa lucernam,
Et radios solis patienti lumine hubo.
Ferre nequit, noctis volitans assueta tenebris.
Sed causa est, quoniam maduit liquore ecephrum;
Judicium penitus nimis potatio vini
Sustulit, ut verum nequeat dignoscere verè.
Sed brevis una dies faciet cognoscere forsan,
Cùm memor erroris muliebri more querello.
Implebit totas ædes, gemitusque subibant
Aëra, sed serò; nec cum tunc iste movebit
Flectus, ad occiduas properantem jugiter oras.

NICOLAUS NYARI.

Quid tam confusis fallis tua tempora nugis?
Quæ tibi fata tuam intentem lœsere quod illum
Contemnas? vanisque oneris sermonibus aures?

SIGIS.

SIGISMUNDUS RAKOCI.

Quis malus ex Orco genius te trusit in auras
Garrule? ne turbes animum, solatia menti
Excitis.

MICHAEL ORSZAGH.

Et quænam dicis solatia? fidum
Perfidus est quem tu securus reris amicum.

SIGISMUNDVS DEBRECZENI.

Fata vetent istud; quis tot mendacia credat?

MICHAEL ORSZAGH.

Quid juvat insano verum suadere furenti?
Non, si per magnum Jurares fortè Tonantem,
Credet; ipse sua ut sapiat post damna futurum
Spero brevi.

SIGISMUNDVS RAKOCI.

Cur me verbis deludere vanis
Niteris? in nihilum cadet hæc intentio vana.
Non ita præcepis est nostræ sententia mentis,
Vanis vel levibus fallatur ut illicè nugis.

GABRIEL VSZ.

O insane puer, medio quoque sole tenebris
Lumina caligant.

MICHAEL ORSZAGH.

Bona quæso verba, quid illi
Obrepisti & duris tentas incessare dictis?

B 2

GEOR-

GEORGIVS LAZAR.

Cessate, & placidâ rem totam noscite mente,
Ut gesta est. Caveas disturbet verba tumultus.

GABRIEL VSZ.

Rem gratam suades; quod in imo pectore gestas
Nunc igitur profer, si res sit dignata clatu.

GEORGIVS LAZAR.

Est res digna quidem, sed fortè negotia quædam:
Te ducunt alio.

GAGRIEL USZ.

Me nullâ negotia ducunt.
Pro tantis potissimis meritis tibi reddere grates
Officijs, promptum memet promitto futurum.

GEORGIVS LAZAR.

Ergo libens faciam totum quocunque requiris.
Quippe mihi, alterius, res est gratissima, damnum.
Aut si quâ ratione queam prævertere, vel si
Efficere id nobis non suppetat ulla facultas,
Maturè ut caveas dictis hortarier amplis.
Namque ego jam dudum taciturnus supputo metum,
In quo magna fides, spes, & permagna, sodale,
Percitus hostili est in eum fervore, nec ulla,
Credere mihi, superest veteris scintilla favoris.

SIGISMUNDVS DEBRECZENI.

Verane que narras?

MICHAEL ORSZAGH.

Dudum seductus iniquis
Suasibus ad rigida infexit conamina mentem.

GABRIEL

GABRIEL VSZ.

Audin'? quanta tuum mutarint fata sodalem?

SIGISMUNDUS RAKOCK.

Istas tam facilis non possum credere nugas,
Nos siquidem quondam velut uno sanguine crevit
Viximus, & nostras æternò glutine mentes
Junxit amor, quorum (nisi mors violenta repugnet)
Fœdus ad extremum stabit sine fine sepulchrum.

MICHAEL ORSZAGH.

Ah quam rara fides hodie! quis talia vidiit
Vincula? sed vereor ne te, charissime, lactet
Vana superstitione: quid sors invexerit orbi
Nescis, nec cordis penetrata nosse sepulta
Concessum est nobis: solus venet ista Deum Reis.

GEORGIVS LAZAR.

Index est animi sermo si credere verbis
Est licitum, nemo est ipso conjunctior; ast te
Quæso rem totam melius cognoscere perge.

GABRIEL VSZ.

Dic quanam ratione suos corrumpere mores:
Tam facilis potuit?

MICHAEL ORSZAGH.

Nuper convivia quidam
Aulicus in Regis lautè celebraverat aulâ,
Cum quibus ipse jocos hilaris dum miscet, utrinque
Sermo oritur varius, tandem cùm Principis aulam
Laudibus efferent, contra convitia Musis
Turpia quisque darent, michtem reflexit ab æquo

Tramite quem pressit, venit perversa voluntas
A Musis, aulæ palatia splendida toto
Appetet vultus.

SIGISMUNDVS RAKOCL

Non me admiratio certe
Ulla tenet: tanta est aulæ contagio, tantus
Splendor, ut inficiat facilem vertigine mentem,
Ut decepta boni specie vclut ebria nutet.

GABRIEL VSZ.

O juvenum mentes! O pectora plena tenebris!
Ad vanas quanto miseri fervore feruntur.
Delicias aulæ, credunt super omnia primum id
Esse bonum; sed adhuc sapient post damna miselli.

MICHAEL ORSZAGH.

Ut se cunque habeat res, non est ista necesse
Scrutari ulterius, sed amici causa prioris
Tractanda est potius; nam me metus angit & urget,
Ne subito nostro tentet discedere oœtu.

GEORGIVS LAZAR.

Quid placet ergo tibi? quānam revocabitur arte?
Rursus ut ad Musas animum reflectat, & amens
In sumum percat stolidæ sententia mentis.

SIGISMUNDVS DEBRECZENL

Istud qui tentat, frustra sua membra fatigat,
Ac si quis laterem tentet mutare lavando.

SIGISMUNDVS RAKOCL

Non ita durus is est, nec ita implacabile novi

Ipsius

Ipsius ingenium, ut nolit parere monenti.

MICHAEL ORSZAGH.

Ah totus totis mutatus moribus?

GABRIEL VSZ.

Ergo

Non opus est ultra vanas impendere curas.

SIGISMUNDVS RAKOCL

Ah quantum instabilis frustravit opinio mentem?
Hunc ego me à puero juvenem bene nosse putabam.
Constantem, nullâ vitiorum fecce notatum.
Non hic garrulitas, tumidisque superbia buccis,
Non sitibunda gulæ pestis, petulantia linguae
Non teneros (veluti noram) corruperat illuc
Mores, pauca loqui, factis & dicta probare
Sueverat. Ut totâ non excandescere bile
Non possum penitus, quoties subit improbus aures
Rumor, si varius sensum delusit amicus,
Non dabo juratis etiam per sidera posthaec
Fortè fidem, nunquam poterit me fallere morum.
Simplicitas, vel melliflui sermonis imago.
Nulla fides hominum, verbis reverentia nulla est,
Cuncta dolis video fallacibus esse referta.

NICOLAUS NYARI.

Quid juvat in querulis consumere tempora nugis?
Labitur hora fluens: ad rem redeamus oportet.
Ergo quid est opus hic factò?

MICHAEL ORSZAGH.

Cur talia queris?

Cum te tota rei spēdēt fundamina, cū tu

Consilio

**Consilio volvas regni moderamina tanti,
Tu potius clausas spissâ caligine menteres
Suspice, fac capitis mancat fortuna cadentis.**

GABRIEL VSZ.

Consilium poscis? Iudis, fallisque paratum
Tempus, non sapio prorsus, mutavit ineptum
Hocce caput mustum, cerebrum computruit alte,
Dum torvus lacerat patriam tentatque ruinas
Hostis, nil valeo, sensim per membra relapsus
Robur abit, vos vos, monco, componite curas
Hasce graves, fugio semper spernoque labores
Cunctos, sed cyathis consumo tempora plenis

GEORGIVS LAZAR.

Unde igitur tantis cumulatus honoribus? unde
Tot tituli? quos si pergam numerare, nec hora
Suppetet, & digitos calamis lassabo notantes.

SIGISMUNDVS DEBRECZENI.

Non ea credere mihi est ratio: Dat ccessus honores,
Census amicitias; si tot tibi conderet arca
Numorum loculos, quot concessere priores
Nostri, sic tu etiam largo cumulatus honore
Accubitus primos, & prima sedilia tucus
Elegere's inter proceres, dementia quamvis
Indignum summâ te redderet improba sede.

NICOLAUS NYARI.

Hanc tibi detraherem, Corydon vilissime, vestem,
Atque tenus medio qua pendet pector, barbam

Hic,

Hic, quem gesto manu, præscinderet illico culter,
Si mihi tanta foret concessa potentia...

SIGISMUNDVS DEBRECZENI.

Paulò

Mitiùs.

GEORGIVS LAZAR.

Istanc res agitur?

GABRIEL VSZ.

Non assequor illud

De quo agitur.

GEORGIVS LAZAR.

Quæso rem planius imprime menti.
Nam velut video sopor ipsius occupat artus.

GABRIEL VSZ.

Tolle caput stupidum, rem percipe, nostin' amicus
Ut tua contempsit nuper commercia? nondum
Advertis?

SIGISMUNDVS DEBRECZENI.

Quonam spectent tua verba, fugit me.

SIGISMUNDVS RAKOCI.

Ille caret sensu, digitus vix excitat illum,
Ni cerebrum stupidi fustis concusserit ustus.

MICHAELORSZAGH.

Linquite; mox baculus cerebrum confringet acernus;
Antoni ad mentem redeas, exporrige frontem.
Antoni, Antoni, cedat sopor, excute somnum,
Adverte & placidas nostris sermonibus aures.
Aut vacuum forsitan cerebrum est tibi sensibus? aut te
Fortè soporifero quidam liquore fecellit?

C

SL

SIGISMUNDVS DEBRECZENI.

In grege porcorum pavit te fortè subulcus,
Quod mea tam duro contundis verbere membra.
 Ac si cum brutis ageretur res tibi; totum
 Hoc quamvis capiam de quo tot inania verba
 Jam dudum facitis.

MICHAEL ORSZAGH.

Quid id est, si p̄cipis, ergo
Quod manibus terimus & mens in quo nostra laborat?

GABRIEL VSZ.

Nempe quod à Mūs sc̄iūs coſtendat in aulam.

SIGISMUNDVS RAKOCI.

En quantum valuit medios vibrasse capillos;
 Ad mentem rediit; redeat concordia nobis
 Cum stupido, ut sanos agedum de promere sensus
 Incipiat, nostris jungens suffragia dictis.

NICOLAVS NYARI.

Non est ut intulit perdamus tempora nūgis:
 Prome igitur si quid sapienti in pectore gestas.

GABRIEL VSZ.

Si placat vobis: petulans pro criminē poenam
 Ut luat, atque decem cogamus tollere plagas.
 Sic ego confido, sapiet si verbēa tollat.

GEORGIVS LAZAR.

Ah quanta est hodie penuria mentis ubique!
Id caput est crassum, sensis cōdonibus iste est
 Vilibus indignus, tu natus es, improbe, terram
 Ut fodias siccām, solis fervente vel æstu,
 Ut callosa mantis sulcum deducat aratro.

SICIS.

SIGISMUNDVS RAKOCI.

Comprime tu nequam, petulantein comprime linguam:
 Mox mea bīs dēnas dabit ad tua tergora plagas
 Dextera, si tales tentes post dicere voces.

SIGISMUNDVS DEBRECZENI.

Missum fac, pereat, tua rūmet porrige sensa.

MICHAEL ORSZAGH.

Si meus in vestras sensus descenderet aures,
 Ut credo, vobis non prorsus inutilis esset.
 Namque ego svaderem, si queis induere verbis
 Possimus, nostro ne aliquanto tempore cœtu
 Egressier festinat, & hic fortasse monendo
 Corriget hos mores, ad sequere redibit.

NICOLAVS NYARI.

Iste labor fiet; tentavimus omnia blando
 Munere; num possit perversa intentio mentis
 Reflecti, sed jam dudum penetravit ad ima
 Viscera; desipiet, si quis molimina tenteret
 Ulteriora dchinc, lapidis nam induruit instar.

SIGISMUNDVS RAKOCI.

Res desperata est igitur resipiscere, vitam
 Aut mutare suam, ad meliorem & vētere cursum.

GEORGIVS LAZAR.

Forsan inhumanis incessit perfida verbis
 Turba scelerorum, quod si cognosse liceret,
 Lenibus aggredēcer denūm tentare loquacis.

NICOLAVS NYARI.

Non ea, crede mihi, est ratio, gratissimus omnes
 Inter erat, potius sibi quisque placere studebat.

GABRIEL VSZ.

Unde igitur tanta est animi mutatio?

SIGISMUNDVS DEBRECZENI.

Causam,

Cum mihi sit charos inter dilectus amicos.

Rettulit.

GABRIEL VSZ.

Ergo uelis nobis quoque pandere certo.

MICHAEL ORSZAGH.

Editus in lucem castæ dum matr. s. ab alvo
Esset, in æthereo Mavortis sydere Titan.
Volvebat currus, cunctosque ferociter armis
Miscebat populos, strictique licentia ferri.
Tanta fuit totum trepidantem ut volveret orbem;
Unde etiam pueri tunc est connata vitilis
Natura, ut bello potius quam pace voluptas
Ipsi tota foret, nutricis ab ubere postquam
Ad molles epulas maternus colligit ardor,
Pingere non ferro vestes sericoque micantes
Hic voluit, digitis non terris fili, sed armis
Protinus optavit gravibus vestitier, imo
Maluit in stabulis escas consumere molles
Sedula nutricis quas ipsius indidit ori
Dextra domos sprevit regali murice testas.
Hinc passim populus lætam conceperat omnis
Spem, foret ut patriæ collapsæ firma columna
Post tria lustra duos numerans feliciter annos.
Unde suum nomen Martis sub signa notari
Vult, juvenes clypeis, armis, thoracibus, hastis
Vestit, equos phalcris ornat; camposque fatigant

Insignes equitum turmæ per prata vagantū,
Ipse præit, certo procedit & ordine miles,
Hostiles animos pavido ut terror clæsiat.

GEORGIVS LAZAR.

Credere si fas est, dictu mirabile narras:
Unde animo niqueo non exultare, futuri
Mens præsaga boni, cernit, confidit, ovatque,
In quo tanta videt virtutis signa nitere,
Militiamque animo versare, ferociter armā
Sumere, dum tener est, equitumque præire cohorti.

MICHAEL ORSZAGH.

Id desideriis anteacto tempore summis
Optabam lætus, quoties errabat imago
Mente meā, hæc quantis hinc inde objecta periclis
Patria chara gemat: populus conduplicat ergo,
Ut Deus incoliem seruos perducat ad annos,
Indole servet in hâc, nobis, patriæque, ruentes
Ut patriæ muros, quos hostis cinxit atrinque,
Restituat, (quod ego spero) dextraque potenti
Vindicet, & nobis, placidâ cervice jugum qui
Ducimus, imperium Domini tolcrando superbi,
Ut libertatem, sine quâ laudabile nil est,
Eruat amissani majorum fraude priorum.
Sed placet hic primò si vis, cognoscere quiddam,
Utrum bellipotens velit ipsum adsciscere Mavort
Sub sua signa lübens?

SIGISMUNDVS RAKOCL.

De hâc re dubitate quis ausit?
Exultat potius, tam longaq; tempora Musis
Impendisse dolet; ptidem ut maturet abire.

Prodiit accinctus Mavors vetricibus armis,
Et longo monuit juvenem sermone; paratas
Esse rosas referens, circum & tentoria fixa,
In quibus egressus degat, certasq; cohortes
Instituit dudum, quas nutibus ipsius olim
Subjiciat, pavidâ terrens formidine gentes,

SIGISMUNDUS DEBRECZENI.

Gaudeo, quod natus sit tantum à Marte favorem
Nec dubito, cùm sit juvenis virtute togatus,
Ergo quid est ultra quod adhuc remoretur abire?

NICOLAUS NYARI.

Amplius haud restat quicquam quod abire moretur.
Quærenda est tantum ratio, ne diva Deirum
Concio lœdatur, nec Martem fortè fatigent
Tædia longa moræ; quod si præstò sit utrumq;
In promptu res est, non est ut plura labores.

GABRIEL USZ.

Ergo modum si quem svades, recludito nobis.

SIGISMUNDUS RAKOCL.

Propositorum verbis abituri nemo retardet,
At cuncti potius moneamus ut arma capessat,
Et dum sub Martis titulo velociter ensem
Stringat, ut hostilem compescat Marte furorem.
In mentem Musæ veniant, illaque resistat
Si quis eas falso tentet convellere bello.

GEORGIVS LAZAR.

Approbo, justa canis; sed adhuc mihi scrupulus heret,
Qui nondum est quamvis longo sermone solutus,
Quoniam nempe modo fiat, perquirere restat.

SIGISMUNDVS DEBRECZENI.

Hujus mente modum jam dudum cogito, vobis
Si placeat, primùm ut pandamus nempe Minervæ
Propositorum, tandem precibus ferventibus ipsam
Sollicitet noster grex, ne conatibus istis
Addere vota neget, potius quem matris ab alvo
In gremio fovit, Marti commendet alnumnum.

GABRIEL VSZ.

Consilium prudens, prudenti pectore natura.
Quis tetricæ mentis Corydon hasque severi,
Consilium neget esse bonum & cui noscere verum,
Judicio ac sanæ mentis perpendere rectum,
Sedibus æthereis divum bonitate tributum est.

MICHAEL ORSZAGH.

Ipsa sed hunc magno semper complexa favore,
Ut lateri adjaceat vitâ durante, nec ipsam
Deserat, in vivis mortali tramite pergens,
Postulat; impediet tristes formidine gressus.

SIGISMUNDVS RAKOCL.

Quin potius gaudet si quis bene natus & altus
Ipsiis è cœtu Martis sub signa laboret
Transire, ut partos numeret virtute triumphos.

GEORGIVS LAZAR.

Jam placet; ast nostrum quis tantâ est mente loquendi
Ordine rem tantam ut valeat concludere voto?

GABRIEL VSZ.

Quoniam fors nostra ferat, lætusque hunc que capessat.

MICHAEL ORSZAGH,

Legatus Martis ad Palladem.

In hâc tumultuanti rerum facie, Pallas Illustrissima, ubi efferaatæ mentis furor non secùs ac fretum exæstuat, toti ferè orbi luctuosos parat casus, quibus & mortalium robur, & audientium vires in-dies extenuat; quod ubi Marti invicto à variis hinc inde jam diu per varios legatos esset nuntiatum, turbatus non parum ardenter cœpit pensare, quid unquam in rerum naturâ per altiora mentis certamina posset eruere, quod & suis & universo fere orbi profuturum crederent. Verùm collectis multis multorū suffragiis commune illustris suæ aulæ votum tandem obtinuit, quod nihil in universo ferè rerum cardine charius unquam & uspiam esse possit, quam pax, cuius fulgore non secùs ac quodam Boreâ spirante nubes disperguntur, omnium perversitas rerum dissolvitur; svavissimâ vero pace profligata, ut jam videmus hodiè, universas mundi plaga empisam, nescio quam, invadere, cunctaque ad fatalem ducere perniciem, non secùs ac pelagus occultos ingurgitum fractus fluctuoso triremes murmurè demergere cernitis. Si ad occidentem vertam faciem, totus occidentalis orbis cruento sanguinis flumine inundat; meridiana perinde & septentrionalis terra resonat belli strepitu; imo universa ferè mundi machina trucipus exæstuat armis, quorum fumus rutilantes solis radios obscuravit secè, adeò quidem ut Martis etiam bello potentis bilem commoverint, & ad fatale bellum coegerint turpiter, cuius jam facies inhumano luridoq; pallore mirè incanduit, Martiumq; vigorem, & igneis minacibus oculis eyibratus, immanem spirat sævitiam, milites naturâ potentes armis radiantibus, viribus fortes legit innumeros, cogitat novos

novos apparatus bellicos, tormenta ac machinas convehit, omnium rerum affluentia præditus redundat, non indiget nummis, exuberat copiis; sed quid in copiis præcipue requiritur? Dux certè bellicâ virtute manumq; præstatu inclytissimus. Evidem quid valent armæ? quid splendida agmina absque duce? Non secus ac vagi olores duce pereunte hinc inde in aere volitant: sic in bello agmina, cum carent duce, errant & fluctuant. Alius jungere aciem, aliis turmas dividere, quidam stare, nonnulli circumvehiri, aut terga hostium insequi, jubent. Ubi tot imperantibus, tot animis æstuantibus, plurimi ab hoste perimuntur subito. Ideo ne belli alea sic nobis illudat, Dux prudenter, belloq; inclytissimus, nobis querendus est. Cum autem in vestræ Majestatis aulâ frequentissimâ, atq; splendidissimâ, virum quendam non invictis modo armis, sed animi magnitudine, admirabiliq; omnium virtutum cursu, nimirum GEORGIU M RAKOCIU M, præditum intellexerit, hancce solennem legationem ad vestram Majestatem jam nunc instituit, ut cum qui tot præclaris rebus orbi inclaruit, ei cedat & donet. Quod dum faciet, invicti Domini nostri Martis potentissimi affectum erga se accendet magis quam unquam animo concipere possit.

SIGISMUNDVS RAKOCI
personam Palladis induitus, sedensq; in solio, Martis Legatum sic excipit.

Praeclarum certè & charum maximè nobis visum fuisse, si benigniori paulò eventu Mars rerum suarum cursum instituisset hodie. Improbè enim agitata consilia, quæ in aliena involant comoda, ingenia nostra non parum conturbârunt, credite. Quanquam institutum Mar-


22

tis probandum multis video, quos imprimis asperior tem-
pestas ad duriora reservat: nobis tamen ingrata hæcce re-
rum facies vultum immutavit maximè. Aulam nostram
ab antiquis temporibus floridam viris clarissimis deflora-
re non decet. Caula enim, non aula dicenda est, ubi mœnia
solum instar cadaverum supersunt, virorū autem fortissi-
morum inopia magna est. Esto niteant palatia byssinis or-
nata tapetibus, & marmor undiquaq; resplendeat; quid ta-
men fulgor inanis proficit, si viri sublimi insigniæ ingenio
præclari, juvenes ad quævis certamina parati, exulant? No-
lo rem hic altius evolvere, ne meam & vestram mentem in
diversum rapiam. Si quis, quid hodiè Mars spirat, intelligat,
vereor ne tantum Numen fastidium gignat omnibus. Ta-
cere yellem; sed unum ex intimis eruit indignatio; dum
importunè nimis Mars mihi & universæ aulæ fatalem ca-
sum molitur; quod iteratis vicibus gravi malo edocit us ce-
lare nequed. Per nuntios suos turpes & inconditos, ut or-
namenta aulæ suæ adaugeam, infestus petit. Vah pudor
est & immanc dedecus! Belli nomen gloriose sibi vendi-
cat, & tamèn Palladi d' milles supplicat. Vbi nunc paix-
fis insigne, qui specioso Marti titulo gloriantur plerum-
que? Nisi ad opem nostram supplex confugeret, nullis pe-
ne stipatus Mars jam procederet. Nisi rara & antiqua in
ipsam fides furorem nostrum compesceret, Legatos ab-
rasis barbis & omni cultu nudatos inde relegarem. Esto,
efferas præcipitis ingenii minas spirat; nil tamen moveor.
Quid enim Mars sine Minervâ? Desperatus ille exercitus,
ubi nullus Dux acer consilio, nullus indole animi clarus.
Invicta bello, non glorior, verùm unius saltē nostri alum-
ni virtus, universi Martis exercitus consilia cluderet faci-
lè. Absit ut tam incultis mei sese in sinuent. Verùm, quan-
doqui-

doquidem sæcum ierum turbinem odi pessimè, clemen-
tiùs longèvos hinc dimittendos censui, quām vestra pos-
tulant merita, & quidem inclino tanq; lubentius, ut non so-
lùm Marti, verum & universo orbi innotescat, nostram au-
lam ita esse splendidam, floridam, & instructam, ut ad
quosvis mortalium usus, juvenes manu promptos, solerti
ingenio conspicuos, viros quāvis virtute claros & incly-
tos alat & foveat. Gloriari nobis non convenit, verùm per
nostram Majestatem affirmare ausim, quòd inclytam hanc
indolem, quam jam Mars à me sollicitat, longo rerum usu
adeo instruxi, ornavi, & exercui, ut ad arma, ad artes, ad
consilia, & ad quævis impigrè tractanda sit habilis & ido-
neus. Formâ venustâ, illustri pietate, velocitate eximiâ, in-
genio sagaci, virtute bellicâ, inter omnes maximè est in-
clytus. Potior est mihi mors, quām unicum hæc coi dis-
solatum amittere. Verùm ne firmum nostri amoris vin-
culum solvatur, agendum inquirite, & eum, cā, quā par est,
reverentiâ, abducite.

*Hie jam GEORGIVS RAKOCI cum pompa intro-
ducitur, & in medio palatio consistens suam valedictoriam
ita orditur.*

D 2 Ora-



Oratio valedictoria

GEORGII RAKOCI.

DUM varia rerum humanarum involuerat in-
tus, Princeps Illustrissime, palam sentio, vi-
deoque, infestos bonorum hostes magno uostro
malo renasci & augeri indies, quos dira rabies usq;
ad eò exagitat, ut nova subinde molimina attentent,
ne vel nominis quidem bonorum memoria unquam
super sit, appareat. Tam atrocè enim & crudelis men-
tes malorum obfedit perditio, ut uno quasi spiritu
virus, quod gestat malignitas, evomant, & in uni-
versos ferè homines ejaculentur variè, & quidecum
ad eò, ut nisi bonorum obviet consilium, & pharma-
cum salutare tempestivè ministeret, verendum sit, ne
iterata acie boni qui que fracti, ubi tam vasta malo-
rum emergat moles, mergantur flebiliter? Quia
quid enim est virium, quicquid fraudis, astutiae, &
insidiatur ruspian, magno jam stupore prodit; fir-
mant brachia, intendunt arcus, dentes exacuunt,
mutuo conatu se se ad prælium erigunt, dum vel col-
labantur, vel bonos ad lubitum irretiant perditè.

Gustavit, heu gustavit pulcherrima hæc pars or-
bis

bis Europa, ab antiquis tot modis vexata, tot minus
pressa, jaætata, & quassata. quæ dum in mentem re-
voco, nescio an dolore lassus, vel metu fessus, in su-
dores resolvor. Prodeat dulcissima nostra patria
Pannonia & Dacia, quæ quot ferinos luporū morsus
sensit? quot rerum vicissitudines gustavit? quot effu-
sos cruores vidit? quot cruce, quot lachrymas, quot
gemitus & suspiria fudit? Testes sunt diruta patriæ
mœnia, vastatæ urbes, eruptæ arces, sparsa in campis
fortium cadavera; quò si vir fortis obvertat faciem,
si quis altius secum examinet, quis fuerit olim Hunga-
rus, quam potens, quam miles, quam triumphas,
& quò jam collapsus sit, quam infirmus, quam par-
vus, quam trepidans & desertus, quis tam durus
Hungarus, cui non commoveantur viscera?

Infans sum, & tamen lugeo. Puer sum, & tamen
ad vindictam ardeo. Si catulus leonis prædæ inhiat,
si vulpecula dolos necere discit, quis ita juvenis,
quis ita senex, ita dives, ita pauper, ita nobilis, ita
ignobilis, si modò sit verus Hungarus, qui antiqua
gentis nostræ gloriam non defleat, & ad ultionem
se non armet? Sed ô quam supina est gentis nostræ
incuria! quam vasta mentis nostræ cœcitas! Dum
aliæ gentes hinc inde in hoc ipsum intendunt unicæ,
ut imperii terminos in diæ magis ac magis exten-
dant,

dant, augeant, amplificent; dum ab omni ferè mundi cardine arma clamant, nos quasi extra alcām positi, epulamur, gestimus, lusitamus; non est qui dūna videat, desertam patriam cogitet, & de salute meditetur quicquam. Ad arma igitur, o viri fortis & juvenes, pueri & infantes, ad arma, inquam, & uno voto arma gestare poscite; de quo ut paucis disse- ram, hīc jam comparui.

Et quidem eos mea primū invadit indignatio, quos perversum armorum odium ita dementavit, ut nihil sit sub universo cœli ambitu, quod eos magis vexet ac torqueat, quam rerum bellicarū splendor, nihil illis miserius, quam ferrum & armorum onus: imò quoties generosa aliqua indoles, sponte satis incitata, curiosè enses examinat, averso vultu, convulsa fronte, quasi præsenti quodam exilio rapti, metum ingeminant. Quis quæso nævus horum bardorum incutes & dentes infecit? Unde isti illis perturbata facies? Naturam damnare pudet; ea enim est naturæ benignitas, ut nihil sit tam rude, tam abjectum, quod non fœcundo gremio gestet, alat, & nutriat, imò non raro videre licet eorum liberos, quos præsentis vitæ cursus contempsit; benignitas à naturâ ali. Quis enim neget multorum pleniorum gnatos, ita cæs fortis, robustos, benè habi-

Ies.

Ies, ingenio vivaci, speciosos, aptos, natos ad omnia, ad artem & ad arma, & ad omnes vitæ humanæ usus, ut vel magnorum heroum vultūs in seipso rapiant; dum interim magnorum virorum proles, quas Deus & natura in subselliis collocat, adeò sint molles, tenues, imbelles, trepidæ, graciles, turpes, deformes, obtuso ingenio, ineptæ ad omnia, ut nisi aut prosapia splendor, aut parentum virtus eas defenderet, vel humano consortio profligandos æquitas judicaret. Obstupesco non semel, dum hæc & alia naturæ monstra prodeunt, & hæreco plerunque, unde tam turbata series, ac tristis gnatorum eventus. Verum ubi causam altius rimari lubet, abjecta quædam indoles & spontaneus torpor manifestè prodit. Ita enim sunt multorum comparata ingenia, ut nihil quod pulchrum est, nihil quod bonum est, nihil quod laudabile est, ament & ambiant, verùm ad ea, quæ sunt abjecta, turpia, fœda, obscœna, cœco quædam impetu rapiantur, & sic pulcherimas naturæ dotes in vita commutent imprudenter. Accedit tamen sæpe & parentum indulgentia, tutorum supinitas, & curatorum torpor. Quis enim non videt in multorum liberis tanta esse virtutis indicia, ut in ipso statim ætatis limine multos in admirabilium rapiant. At ætate crescente parentum & tutorum in dul-

dulgentia usque adeò deformat, usq; adeò corrum-
pit, & depravat, ut quos antea patriæ columnina fu-
turos sperabant, ad perditissimos mores delapsos
cum stupore videas. Laudabilis certè olim Sparta-
norum mos fuit, ut ab ipsis fermè cunis liberos in
sylvis, saltibus, convallibus, & aliis spacioſis locis
educatos esse voluerint, ut sic remoti ab urbanorum
consortio, non nisi in anno etatis tricesimo demum
in urbem remeare possent, ut sic in vastâ solitudine,
ad omnes cœli terræque injurias obdurati, ferinos
quasi spiritus, & virtutem ferè virilem tempestivè
induerent. Nec alio fine, quām ut olim ad res bene
gerendis, ad adversa quævis sustinenda, & duriora
subeundi evaderent interriti ; à quo quām longè
nostra hec gens aberret, sapientioribus judicandum
relinquo. Adeò enim delicate hodie nostra natio
suo gnatos educat, adeò molliter & effeminate fo-
vet, ut vel novo aeri exponere horreat; unde crescē-
te ætate, dum arma essent tractanda, castra visenda,
& alia hujus vitæ munia obeunda, ubi adversa tem-
pestis ingruit, intensiore frigore fracti, abjectis ar-
mis loca tutiora petunt. Hinc est, quod dum arma-
tum quempiam hinc inde obequitantem vident,
præcipiti cursu inde sese proripiant. Dum illuc pha-
retratum cernunt, cristatum, & pro more splendidi,

valh quot probra in eam conjiciunt? quot convicis
lasciunt? quām superbū, quām fastuosum claimi-
tānt, rictu excipiunt, subsannant, & sibilis explo-
dunt? Ignayum genus hominum! Ita ne fugiendos
illos dixeris, quos mirus in te & in patriam affectus
ornavit? Illos ne exosos vestra censet foeditas, quos
adversus quosvis hostiū insultus armavit industria?
Æquiores judicent, an non apertum hoc sit deliriū.
Quis malus genius eos ita dementavit, ut quod uni-
versæ patriæ profuturum saniores credunt, id im-
periti illi agnoscere nolint, aut non possint? Consi-
derate quos saltē genitos, quos quidem tem-
peramentū à vulgari genere seorsim posuit. Sunt
enī non rari, quos dum nudos absq; omni cultu
& ornatu vides, vix vel ne vix quidem à communi
sorte discriminēs. Ast ubi preciosioribus induit pha-
leris, ubi cphippia, frænos, fibras, & alia ornamen-
ta adaptas, ubi armorum strepitum, tynipanorum
sonitum, clangorem tubarum, audiunt, heu quan-
ta jam sit mutatio! quām varij jam hic sunt equi,
quām lāti, quām agiles, quām superbī? Nunc hin-
niunt, nunc saliunt, nunc fremunt, nunc spumant.
Alios jam formant gressus, alia jam equorum facies,
alia oculorum acies, donec tandem ornatū spoliati,
altiores spiritus contrahant. Equi vident, & illi cæ-
cu-

cutiūt. O stultam hominū dementiam! Sed quis homines credat ratione ita esse destitutos, ut usum omnē armorum damnent, dum vel ipsi lactētes in torerum discrimine utilissimū deprehendant. Verū quia summa ipsis innata est mollities, insculpta est tarditas, adhæsit desidia, pavor & trepidatio vicit, pecudum suillique generis more glandes multō magis quam fruges affectant. Si saltē sperare possent, se se unquam ad arma aptiores futuros, non dubito quin plenis amplexibus raperent ac gestarent; ast ubi semel infixā est alta desidiae radix, in desperationē lapsi, nos damnant, nos fugiunt, & apparatus armorum invidēt, criminantur. Dum ergo his armatos æmulari non licet, ur sunt rudes, ignavi, inculti, in ore lingvam pro armis versare gloriantur, sicque dum libet virulenta lingvarum tela in alios jaciunt, fœdum labiorum virus in armatos evomūt. Odiosum genus hominum! quale quæso militiæ genus lingvas committere, lingvæ certamen inire, & hostem lingvâ vindicare? Prodeat, quæso, verbosus quivis è sordido pectore, profluat ex ore spu-rio impurum murmur, scindat hostem in acie dum hostis arma minatur patriæ; cui terrori unquam futurum est murmur? quem lædent hostem labia? quæ prosternet virum lingva? Certè aptid ingenuos cer-

tamen lingvæ fœdum est, apud fortēs exolum nimis, apud prudentiores grande piaculum. Ast ubi armis concurrit, heu quantus h̄ic est pugnantium fervor? quantus clamor audientium? quantus incitantium animus? quanta clamorū confusio? quanta ensium collisio? quot tormentū bombi? quot cruorum undæ? Hinc labentem fortis erigit, illinc periclitanti succurrit, vir virum pungit, hasta hastā cludit. En dulcissima rerum facies, quæ vel ipsos mortuos ad spectaculum revocet! quid, quæso, unquam videre viris dulcius? quis cantus tali clamore suavior? quid humanæ vitæ charius? Invidorum rabie non moveor, quibus nihil est quod placeat, nisi quod turbata bilis illis insidiosè suggestit. Video complures ita esse animatos, ut armorum, imò armatorum feritatem culpent. Ea enim, inquiunt, est armatorum licentia, ut susq; deq; omnia misceant, turbent, & evertant: nulla illis religio, nulla fides. nulla constantia; sœviunt in omnes, in bonos, in malos, imò vel in se ipsos ferarum more desœviunt plerumq;; unde vastissima vitiorum sylva exsurgit; insidiantur vitæ communi, publicæ, privatae; inculti sunt, minaces, torvi, hirsuti, fraudulentí, rapaces; quæ vel audire bonis horror est. Hi enim sunt, & non alii, quos innatus furor extimulat, ut nil nisi rixas,

contentiones, & ruinam spirent; hi sunt, & non alij, quos lugubris viduarū stola execratur assiduè, quos pupillorum & pupillarum luctūs gravant. Tollenda potius essent arma, vertenda in sarculos, in rastra, in furcas, in aratra, in ligones, & in clavos, & sic mutuis applausibus in pace & concordiā vivendū. Veturū enim verò quorsum inanis illa congeries? quorsum verbosa ista contentio? Quis enim unquā mortalium ita demens, qui dulcissima pacis tempora plenis affectibus non cogitet? quis tam serus, qui perpetuis cædibus atq; incendiis licentiosè gaudet? quis tam desperatius & perditus, qui inter sæva arma, cruentâ manu alieno sanguine furorem restinguere gestiat? Be luina hæc esset ferocia, & non vanâ gloria. Nihil enim, in humanis, mortalibus vitâ charius. Nihil hominibus tā triste ac formidabile, quàm vitæ divortium, & quidem maximè dum inter sævas armorū tempestates generosa virt⁹ vitæ commercium deserere cogitur. Astubi jam terræ facies malo inundata est, ubi totus ferè orbis arma parat. quis modus? quæ rima? quale remediū? Tot vitiorū agmina armatos comitari dolco: sed cùm corum indoles paulò sit asperior, quàm solet esse aliorum hominum, dominari affectibus haud possunt. Hi enim ad imperiū & gloriam intenti sunt, sequuntur aspera,

præal-

præalta & ardua moliuntur perpetuò, vagantur per saltus, per nemora & solitudines. Unde & vultus quasi agrestes, ferinos spiritus, & aversam faciem induunt, sicque multi vel inviti rapiuntur ad ea quæ divinas humanasq; leges violant. Sed quis tam diuinus in naturâ homo, qui sine labore, & maculis laudes unquam meruit? quis tam moderati animi vir, qui nunquam à vero declinasse sibi gratulari possit? Evolve omnes omnium ordinum homines, quos vel antiqua majorum virtus progenuit; misce iam summis, & erue quicquid modesta unquam parentum industria coluit: ubi quæso intemerata fides? ubi inconcussa integritas? Dum vix è tenebris lux primæva emersit olim, universam statim Adam induxit apostasiam. Vbi primus in orbe natus Cain apparuit, cruentâ cæde fratri exitium peperit. Et quis erat Moses, quis Aron, quis David, heroes illi Deo chari? quos tamen immotos non stetisse signavit antiquitas. Quid? Cogitate hodiè quoq; quàm latè serpat ista mali contagio. Vbi enim tam magnus in naturâ Cæsar, ubi Rex, ubi Princeps, & alii potentissimi, quos lamentabilis iste dolor nō feriat? Cunctos, cunctos vicit ista temeritas, & quotquot mortalis fovit sedulitas, imperium mali senserunt assiduè. Vera jam inter mortales refrixit charitas, extincta

E 3

enim est fides & religio, regnat invidia, grauassuntur
rix & contentio, vastat perditio & proditio, et
quicquid amplius progignit adversitas. Postquam
enim primorum parentum defectionis virus appa-
uit, vali quantopere mundus infremuit? Cœlum &
terra defecit ab homine, ferae & volucres rebellarunt,
& humanum imperium contemnunt. Cœlum
horribili fragore intonat, cerebra mittit fulmina,
& fulgure insveto prosternit homines, venti vio-
lentia vasta evertit aedificia, procellis imbrium
& aquarum inundatione delentur urbes & oppida.
Homo homini lupus est, ferit, rapit, necat, frau-
dat, fratres & alios promiscue, gens contra gentem
insurgit, natio contra nationem, & regnum contra
regnum frendet minaciter. Quis ergo inter tot stu-
penda & admiranda mundi molimina tutus esse
possit? quomodo inter tot periclitantes aquilas sta-
bilitatem speret Hungarus? nisi rerum bellicarum
splendor, qui jam olim evanuit, tandem rediviva
cum gloriâ redeat, & armoru usum, quem somno-
lenta nostræ geniis incuria neglexit, vera posteritas
revocet. Quippe qui immanissimis hostium fauci-
bus sumus expositi, quibus totus fere Oriens, ina-
nium nempe barbaroru robur, extremam minatur
ruinam; quibus quas vires tota hæc Dacia & Pannonia

obji-

objiciat non video, nisi vel ipsos lactentes ex cuius-
eruat, & muliebre genus in aciem producat. Cogi-
tate, quæso, retroacta tempora, considerate luctuo-
sam superiorem ætatem; quam saevis fluctibus no-
stra hæc miserrima patria fuerit jactata, quot abacta
agmina, quot creptæ arces, quot delectæ urbes, quot
vastata prædia? quis mons, quæ vallis, qui campi,
qui crux nostro undas non traxerint? Nulla est in
uniuersâ Pannoniâ & Daciâ civitas non lugubris, nō
funesta, quæ truculentas exterorum vires non sense-
rit; &, quod nunquam satis dolendum, eò jam mi-
seriarum continuis cædibus frequentiq; hostium in-
cursu collapsa est, ut nisi ad aliorum pedem supplex
projecta gemebunda poscat auxilium, nunquam de
ulteriore patriæ libertate sperandum sit Hungaro.
Vbi est invictum antiquorum nostrorū robur? ubi
invicta Hunnorum potentia? ubi urbes florentissi-
mæ? ubi arces munitissimæ? quas indefessa majorū
virtus extruxerat, condiderat? ubi sedes illa regia,
ad quam olim exterarum gentium vota confluebat?
Amissa est, amissa est. Heu infaustam & calamito-
sam sortem! Ad arma ergo, ô viri fortis & juvenes,
& tot malis afflictam patriam communi voto erui-
te, defendite. Dispeream, si vitam cum sanguine pro
te, ô Dacia & Pannonia, fortissime profundere hor-
ream

ream. In isto ætatis meæ flore vitam extinctam malim, quām tot graves patriæ luctus æquis intueri oculis. Exarsit enim amor nescio quis in me erga patriam dulcissimam; quem quidem ingenuit mihi partim innata quædam indeoles, quæ cum ingenti spiritu subinde ad arma mea exstimulat, solicitat; partim indefessa Illustrium parentum cura, quæ quidē tanta est & fuit semper, ut mea ætas, quantumvis longissima, venerationi non sufficiat; adeò quidem, ut quoties felicia meæ ætatis tempora, quò parentum Illustrium admirandus amor me provexit, attendo, toties vehementiori quodam zelo ad suscipiendum rapiar. Nihil enim unquam, quod quidem digniores meæ fortunæ poscebant, neglectum sensi, imò ab ipsis cunis, dum infirmior ætas premieret, divinum quasi indefessa curæ pactū meā fortunā me contraxisse videbar. Vnde quicquid ad vitam, ad prudentiam, ad pietatem, ad cultum, ad mores, ad honores, & ad ornamenta literaria, unquam & uspiam spectat, tanquam inexhausta amoris indicina in me ubertim profluxit; quod omne etiamnum viget, floret, & ad altiora me protrudit. Autem affectum non parum industria Generosi Domini Herczegh, cuiusquidem singularis in rebus aulicis prudentia, in consilio gravitas, in regendo dex-

teritas, in iudicio æquitas, in rebus discretio, in adversis fortitudo, in conversatione comitas, tanta est, ut vel ipsis longo rerū usu docti admirantur omnes, & mali cuncti virtutes ipsi invideant. Vnde quantum me promoverit, in humanis sim nimis, si non, dum vivam, pro merito colam. Accesserunt & Clarissimi Domini Praeceptoris Pauli Kereszturij diurnæ nocturnæq; vigiliae, multiplex laudata virtus, & assiduus labor, quem quoties animo verso, toties sermones & affectus ejus rumino. Ad hunc enim dū incultus nimis, annis infans, in literis nullus, lingvâ tardus, memoriâ hebes, ingenio obtusus, accedere, innatâ quadam pietate, invictâ industriâ, miro in me affectu, institutione fideli, preclarâ eruditione, morū savitatem à teneris itâ me imbuuit, ita dōnis ornavit, ita ab inscitiâ vindicavit, ut & mihi merito gratuleret, & cum tanquam studiorum parentem, nisi extremè insaniam, venerer. Quorsum vero tuum in me singularē studium, Frater charissime Sigismunde, taceo? Crebris suspiriis vires imminuo, dum tui genij felicitas in mentem mihi reddit. Quām sincera est, & fuit semper tua erga me fraternitas? quām inestimabilis amor? quām mirus affectus? quanta fidelitas? quām magna æquitas? quām suavis conversatio? Lachrymis mihi potius opus est, quod ex-

38

primere non valeam; tantum abest ut mediocriter ea depingam. Unus erat nobis panis, uuum prandium, una coena, unum cor, una anima. Quot ludos, quot jocos, quot scholastica certamina tecum inicrim, vel ipsa recordatio abunde me recreat. Saviör es mihi, Frater Sigismunde, quāvis dulcedine, charior mihi est tua Fraternitas melle & smaragdo, gratiōr est mihi tua virtus quāvis margaritā. Habes animāx divitias, habes corporis dotes, habes fortūnāx bona. Rara fides est in te, rara integritas, rara constantia: ingenium eximium, judicium acerimum, dulce eloquium. Utinam diutius te tuasque dotes mihi in scholis æmulari fas esset! Verūm dum longiorem moram in scholis meditor, ecce aetas grandior, & Illustriss. parentūm votum à te me avocant. Ecce ergo, Princeps Illustrissime, innatus a mor mihi arma post libros ministrat? Ecce prodeo, & prosterno me ad paterna genua, ad pedes, ad vestigia me advolvo. Moriar, si non omnia quæ mihi in mandatis dederit, promptissimè exequar. Cadant mihi pedes & brachia, si non in campis, in sylvis, in vallibus, in secundâ & adversâ fortunâ accurram, & lateri adhæream, dummodò virtute Jehova ex alto me induat.

Vale jam mortaliūm' charissime, Scholæ nostræ

de-

39

dēcus, Frater Sigismunde, me totum, mea studia, meas fortunas tuis obsequiis devoveo & offero.


Vale Generose Domine Herczegh.

Vale Clarissime Domine Præceptor, merum & studiorum meorum columna.

Valete condiscipuli charissimi.

Valete omnes, & mihi ignoscite.

D I X I.



SIGISMUNDVS RAKOCI.

Dum varios rerum casus variasque figuras
Perpendo tacitus, subito stupor occupat artus:
Scilicet est quicquid latâ in compagine mundi,
Cerno uihil firmum, mutantur cuncta per orbem,
Momento exiguo durant mundanaque quævis.
Floribus interdum variis vel gramine circum
Prata virent, postquam facies sævissima brumæ
Cesserit, hæc hodie si gloria fulgeat, omni
Illiçò crastina lux viduabit flore; resumunt
Sylvæ sic parili frondes ratione videntes
Vere calente novo, sed mox ubi frigus acutum
Læserit, horridior demum remeabit amictus.
Nunc sese volucres puro super aëre librant,
Luisibus exercent alas; si forte rapaci
Accipiter rostro vel edace supervenit ungue,
Dilaniat rigidè, vel fallitur aucupis arte.
Sic hominum quandoque solet mutari omnis

F 2

Lxxii

Lætitias & risum contaminat illicò luctus.
 Cernimus arcano conjunctos fœdere, quorum
 Si quis amicitiam vel mutua pectora secum
 Cogitet, horrificam nec mortis solvere falcam
 Posse putet, sed ubi redierunt tempora plena
 Invidiâ, videas hos sanctâ lege solutos.
 O fallax rerum facies, naturaque fallax!
 Cur ita mutaris, nec scis mutata reverti?
 Parcere cur nescis? sine cur discrimine quovis
 A te lex data, lex (proh Juppiter) omnibus æqua?
 Annon te miseret luctu convellere lætos
 Affectus animi? Potius solatia cur non
 Conficis? humanam tibi si bona fata dedissent
 Formam, jam gladio periisset forma decusque
 Dudum, vel si non ulciscier ense licet,
 Continuò tristes strepitarent aure querelæ:
 Sic mihi digna foret querulis te incessere verbis
 Materies; vestrum sperabam quippe favorem
 A me non ullo fugitum tempore, at eheu
 Toxica acerba meo misces sævissima potu;
 Scilicet ista meam pascebat opinio mentem,
 Quod cum fratre diu liceat traducere vitam,
 Donec parcentes traherent mea filia sorores,
 Ulla nec amborum divellere tempora possent
 Vitam: nimirum quorum incunabula primùm
 Junixerunt mores, nutricis ab ubere lactis
 Dum potum tenero defuximus ore, scholari
 Limine post unâ dulci nos pavit Apollo
 Nectar, Pierio calices de fonte propinans.
 Sed planè ignoro furor iste tyrannicus unde
 Venerit, ut nostra hæc convelleret otia. Diyūm

O ho.

O hominumque fides! ô inclemensia fati!
 Noluit in studiis si nos jam vestra morari
 Invidia, hinc cur non ambos de fece scholarum
 Eripuit, Marrisque dedit sub signa potentis?
 Sed cur hocce malo, sœvaque tyannide gaudes?
 Ut fratrem raperes solo me in pulvere misso?
 Sed non longa tibi fient hæc gaudia, quippe
 Si modò divellis, non longius ire jubebis,
 Quin nos continua oblectent dulcedine verba
 Mutua; nec nostri fœdus solvetur amoris.
 Sed neque id in video, quod me sine Martis alumnus
 Immiscet, grator, quoniam maturior ætas
 Suadet id, & valido præstans in corpore robur.
 Ergo jam dignus Martis sub signa notari;
 Artes nimirum didicit sub Pallade mecum,
 Fulget & ingenio, blando & sapientia vultu.
 Sic ego succrescens olim comitabor euntem,
 Præsidio divi Martis prosternere promptus
 Hostiles turmas, strictoque lassere ferro.
 Ergo odiosa procul, procul hinc secedat & absit
 Invidia, ut fratri precer omnia fausta Tonantis.
 Maxima, mi frater, video sic fata tulisse
 Ut studiis hodierna tuis lux orta diei
 Imponat finem; me ergo discede relicto,
 Perge nec in video, quin toto pectore lætor,
 Quod tam fausta tibi cernam pia fata fuisse.
 Jam satis est Musas tot tempora totve per annos
 Tractasse, & dulces dudum Parnassidos undas
 Libasse, ad Martem pergas properare, capesse
 Arma, quibus patriam defende viriliter, hostes
 Contra perversos, queis est insana cupidio

Ut mala patient, & laxis bacchentur habenis;
 Hostili haud pigrat temerare in sanguine dextram.
 Gloria quandoquidem quæ belli est parta triumphis
 Censetur nūltò longeque perennior esse.
 Nunc mihi parce, precor, si forsitan imbecilla
 Mens mea te læsit; fateor plerumque scholari
 More, meis te percerebrò sermonibus esse
 Offensem, quæso totum id concede petenti,
 Et cum pace scholæ jam desere limina nostræ.

GABRIEL VSZ.

Jam dignum chari pectus rescrare sodales,
 Ut quoque nos votis concomitemur cum.
 Charus erat nobis, noster vetus ordo beatum
 Reddidit, & noster magnificavit amor.
 Prodeat idcirco jam carmen flore refertum
 Voti, post aliis quem dolor iste movet.

GABRIEL PERENYI.

A nobis (video) jucundâ sorte, recedis,
 Quos tecum superi detinuere diu.
 Nube tuam (moneo) obfuscans oblivio mentem
 Nulla tegat, spatio nec minuatur amor..
 In te dona micant, per quæ subiectus ad arcus
 Sublimes pergis, sis memor unde venis.
 Huc dum venissè, tua vix tunc membra tenelli
 Firmabant anni, debile corpus erat.
 Linguaque vix modulo distinxit verba loquentis,
 Et sine vox vitiis edita nulla fuit.
 Non tua doctrinâ celebri mens culta refusit,
 Sed natura patens sola juvabat ope.
 Enutrivimus hic placidis te rebus adultum,
 Membraque reddidimus viribus apta bonis.

Judicium titubans animo puerile recessit,
 Atque nitent mentis congrua jura viris.
 Ausu clarificat jam te sapientia certo,
 Et res præsidio dirigit ipsa tuas.
 Pierii Pallas sic te vestivit in ulnis,
 Nutrivit gratum nobiliore cibo.
 Atque tuo subeunt conspectu gaudia pectus,
 Nos quoque deliciis exhilarare foles.
 Dedecus haud famam celebrem labefactat inustum
 Multos, crede, tui vulnere vincet amor.
 Jam GEORGi felix superis volventibus ito,
 Nos non ingrati pectoris umbra tegat.
 Aequa tibi tandem, nos, si per fata licetbit,
 Provida cura piè larga manusque juvet.

MICHAEL ORSZAGH.

Heu dolor, heu Iesu nostros labuntur in artus,
 Pestis in obscuris exitialis adest!
 Ecce decus nostrum subito cessabit ademptum;
 GEORGius en dixit, pulchra corona, Vale.
 Gaudia jam percunt, dulcis sermonis imago,
 Disperièrè sales, disperièrè joci.
 Istum si possem casum mutare dolendum,
 Vellem, nec quicquam gratius usque foret.
 Sed quia sic magni Jovæ veneranda voluntas
 Accessit nobis, est revocare nefas.
 Nunc ergo vadas, qui rexit, teque tuetur,
 Iste regat vestros religionem manus.
 Qui tibi donavit studiorum nobile lumen,
 Ipse tuis dextris pulchra trophæa ferat.
 Sis memor unde venis, armis convellere Musas
 Ne tentes; hostem brachia vestradioment.

Ut mala patient, & laxis baccentur habenis;
 Hostili haud pigrat temerare in sanguine dextram.
 Gloria quandoquidem quæ belli est parta triumphis.
 Censetur multò longeque perennior esse.
 Nunc mihi parce, precor, si forsitan imbecilla
 Mens mea te læsit; fateor plerumque scholari
 More, meis te percrebro sermonibus esse
 Offensem, quæso totum id concede petenti,
 Et cum pace scholæ jam desere limina nostra.

GABRIEL VSZ.

Jam dignum chari pectus reserare sodales,
 Ut quoque nos votis concomitemur cum.
 Charus erat nobis, noster vetus ordo beatum
 Reddidit, & noster magnificavit amor.
 Prodeat idcirco jam carmen flore refertum
 Voti, post aliis quem dolor iste moveat.

GABRIEL PERENYI.

A nobis (video) jucundâ sorte, recedis,
 Quos tecum superi detinuere diu.
 Nube tuam (moneo) obfuscans oblivio mentem
 Nulla tegat, spatio nec minuatur amor.
 In te dona mieant, per quæ subiectus ad arcus
 Sublimes pergis, sis memor unde venis.
 Huc dum venisses, tua vix tunc membra tenelli
 Firmabant anni, debile corpus erat.
 Linguaque vix modulo distinxit verba loquentis,
 Et siccæ vox vitiis edita nulla fuit.
 Non tua doctrinâ celebri niens culta refusit,
 Sed natura parens sola juvabat opes.
 Enutrivimus hic placidis te rebus adultum,
 Membraque reddidimus viribus apta bonis.

Judicium titubans animo puerile recessit,
 Atque nitent mentis congrua jura viris.
 Ausuclarificat jam te sapientia certo,
 Et res præsidio dirigit ipsa tuas.
 Pieris Pallas sic te vestivit in ulnis,
 Nutravit gratum nobiliore cibo.
 Atque tuo subeunt conspectu gaudia pectus,
 Nos quoque deliciis exhilarare foles.
 Dedeceus haud famam celebrem labefactat inustum
 Multos, crede, tui vulnere vincet amor.
 Jam GEORGI felix superis volventibus ito,
 Nos non ingratii pectoris umbra tegat.
 Aequa tibi tandem, nos, si per fata licet,
 Provida cura piè larga manusque juvet.

MICHAEL ORSZAGH.

H Eu dolor, heu lessūs nostros labuntur in artūs,
 Pestis in obscuris exitialis adest!
 Ecce decus nostrum subitō cessabit ademptum;
 GEORGII en dixit, pulchra corona, Vale.
 Gaudia jam percunt, dulcis sermonis imago.
 Disperiēre sales, disperiēre joci.
 Istum si possem casum mutare dolendum,
 Velle, nec quicquam gratius usque foret.
 Sed quia sic magni Jovæ veneranda voluntas
 Accessit nobis, est revocare nefas.
 Nunc ergo vadas, qui rexit, teque tuetur,
 Iste regat vestros religione manus.
 Qui tibi donavit studiorum nobile lumen,
 Ipse tuis dextris pulchra trophya ferat.
 Sis memor unde venis, armis convellere Musas
 Ne tentes; hostem brachia vestracomencit.

Ut sic te merito magnus Mars, Pallas & Ipsi
Carminibus celebrent tempus in omnes suis.

SIGISMUNDVS DEBRECZENI.

Mentis nunc avide traheris quo jure GEORGI?
Atque animum in mortis qui subiere novit.
Armis, ingenio celsa natura beavit,
Virtus te nitida fronte vigere facit.
Quis non te elatum placidis affectibus ambit?
Qui nequit aspectus gaudia ferre tuus?
Vellemus duri si non te injuria fati
Eriperet nobis, semper adesse tibi.
Hoc tibi clarorum celebris concordia morum
Omine, sic remur, dexteriore tulit.
Gaudia grata cohors Martis festiva capessat,
Et tibi regales ornet amica domos.
Lætitia optatos motus deprendet oborta
Pectoris, innumeris te recreetque modis.
Ita jam variis hinc tu decorate decenter
Doribus, haec raro nomen habere iuvant.
Semper, quos eadem quondam commercia vitæ
Jungebant, nostri tu meminisse queas.

NICOLAVS NYARI,

P. Lange novenarum modestissima turba sororum,
Incipe dispersas se posuisse comas.
Hostis atrox jam nunc involvit turbine cuncta,
Gloria languescit, tristia fata petunt.
Molli quem grémio gestavit grata Minerva,
GEORGIVS est quem nunc fors inimica rapit.
Frangite nunc agendum truculentam flebilis iram
Hostis, ne vestrum dissipet imperium.
Quid facies posthac nisi mittes otia grata,
Cælarięsque gravis candida colla teget?

Am.

43.
Amplexu dulci mulsit vos, sorte furenti
Mens invicta fuit, gaudia mille dedit.
Non potuit vires animi domuisse ferinae
Fortunae rabies; firmius inde stetit.
Lætus in adversis clarorum morte virorum,
In gemuit nunquam hic, impavidusque fuit.
Ille chorus felix, cuius nunc pergit ad oras;
Hinc fugiat mœror, barbita cuncta sonent.
Ixuat hic trepidans crudellem mente pavorem,
Non diræ mortis flammæ tela petent.
Per varios casus tibi firma columna futuros
In rebus cunctis auxiliumque feret.
Ergo precor celum Numen conservet ad annos
Multos, ut numeres tu sine nube dies.

MICHAEL ORSZAGH.

1. T Acessat nunc pavor.
Nam jubila favor
Hujus præbet temporis.
Grata temperies,
Rerumque series
Lætis digesta modis,
Læta quoque poscit,
Lachrymas compescit;
Nemo hic cedat curis.
Est ille remotus
Ratione totus,
Pectus plenum dolore
Qui gestat, sterilem
Evomitque bilem,
Hostis infensi more;

Cun-

G

Cuncta cùm serenant,
Aliena ut ruant
Intendit molimine.

1. Ast amor erigit
Cadentem, exigit
Quodvis amico bonum.

Supperis esto
Illi sepe præstò;
Ne tua queras solùm.
Ultrò sis levamen,
Gratumque solamen,
Ipsi te offer rorū.

4. Huc est fragilitas,
Mortalium tetas
Ut tales parturiat,
Suā qui fortunā
Cupiunt benignā
Regi; neque feriat
Eiusdem spiculum,
Minaxque jaculum
Injuriosè premat.

3. Ast alios multi
Moribus inculti
Vultu temnunt horrida;
Quod syadet ratio,
Proterva natio
Hoc repellit subite.
Exercet malignè
Nimis ac indignè
Quosvis səpiùs male.

6. Odiosè sperno,
Vitiis cùm cerno
Talibus deporditos;

Ingens quatit pavor,
Nimiumque gravor,
Cùm sentio obvios;
Vel eorum nomen
Est sinistrum omen:
Tales fuge nocivos.

7. Nimis hoc me terret,
Fortè qui sic erret,
Hæc nunc tener corona;
Talis quippe foedus
Conspurcari heedus
Eani, dat nocturna;
Hinc is submoyendus,
Diris devovendus,
Sustineat tormenta.

8. Fortuna hunc beat;
Jam enim transmeat
Martios ad milites;
Vigore profusa
Est pugnaci visa
Mens ejus; & indies
Fiet decentibus
Clarus honoribus,
Ausus atabit felices.

9. Si luceret sidus,
Nobis quo sic fidus
Martis chorus gestiret,

- Atque non dējecto
 Potius cresto
 Animo nos ambiret.
 Pressa mens angore
 Decenti vigore
 Ad gaudiā rediret.
 10. Est equidem dolor
 Hic decorus olor
 Quid dāvōlet à nobis;
 Esset namque scēnī
 Haud sublatum decus
 Nostre hujus cohortis;
 Sed incuso somnum
 Nunc sletibus nostrum:
 Nam est causa doloris.
 11. Mavors hunc expētit,
 Per legatos petit;
 Uſa longo sermone
 Minerva recusat;
 Sc multis excusat;
 Orba namque decore
 Fieret. Compotes
 Voti sunt petentes
 Nostro tandem dolore.
 12. Non convenit ut vox
 Audiatur ferox
 Eo nobis divulso;
 Dimissum Minervā
 Nec jucaterva
 Livore retardato.
 Imp.

- SICISWANDAS
 Imperium Dicit
 In nos tenet ca:
 Colatur obsequio
 13. Pergat: ea jam spes
 Alit me, fospes
 Connūmerabit annos
 Hunc exhilarabit,
 Riteque beabit
 Optatissimus honor,
 Præmittimus Duccm:
 Hic monstrabit lucem,
 Ad se quā deducct no:
 14. Mens mea gaudio
 Perfusa nimio,
 Ei quod contigerit
 A nobis sejungi,
 Martique conjungi,
 Lætus jam arma pedit
 Felix ut nitescat,
 Semperque virescat,
 Coetus hic noster cupit.

JOHANNES BELDI.

Sit parum gressus, Pallas documenta notavit
 Quædam; nunc audi, postea liber eas.
 Pauca dabit numero, sed fixis auribus audi;
 Si capis & discis ritè, beatus eris.

GEORGIVS LAZAR.

Quæ pietatis, morum, & conversationis rationem
 continent, Pallas in certa rededit documenta; quæ dum
 Ordine recensebit, attentionem imperat.

SIGISMUNDVS RAKOCY

I.

Supplex assidue divitium Numinis adores;
Vivere Jova dedit, Jova habetque informe.

II.

Ilustres, hortor, semper venerare parentes:
Ni facias, titulus jam tuus ille caderet.

III.

Xpius accedas templo; et habilitio Jovae;
Aspice, non procul est, Deus ipse vocat.

IV.

Vive Deo primum, patriæ post, vive parenti;
Sic tua mortalis vita percutialis erit.

V.

Castus sis factis, verbis, meditatio casta
Sit tibi; sic cunctis da documenta honestis.

VI.

Dilige justitiam, fatis est pulcherrima justi;
Injusti merces est mala, furca videns.

VII.

Esto humilis semper, vultum depone superbū;
Tutus eris; frangit colla superba Deus.

VIII.

Fallere si discis, laqueos tibi necere discis;
Cum credes alium fallere, falsus eris.

IX.

Dicere falsa cave; turpe est mendacia posse
Fingere; sed utru si dicere ne metuas.

X.

Ebrius esse cave; si queris vera fateri,
Ebria mens veri non meminisse valeret.

XI.

Vina

XIX.

Vina bibas modicè, modio non; polluit illud;
Post modium parrem suscipit canis quic capit.

XII.

Dum potas vīnum, conservo tramite vadat;
Si redcat sursum, respicit, portus inest.

XIII.

Non jures crebro, vites perjuria semper;
Dic est non, non non; sic geminasse sat est.

XIV.

Constans sis semper; pudor est titubatio fortis;
Qui titubat, firmum vasta catena facit.

XV.

Non arcana tibi cuiquam commissa reveles;
Si facis, instabilem prodit iniqua fides.

XVI.

Consilium capias primū, post arma capessas;
Ne sapies sero, ne sera colla premat.

XVII.

Non spernas alios; pueros & consule grandes;
Si spernas, semper diceris esse puer.

XVIII.

Ne tristare nimis; quia mors est mœror inanis:
Esto hilaris; mortis tu tamen esto memor.

XIX.

Proditor esse cave patræ: nam vivere longum
Non poteris: regnum stabit, at ipse cades.

XX.

Ingenuos queris famulos, vitabis inertes;
Quos cupis esse tuos, hos, memor esto, cole.

XXI. Rapto

XIX I.

Rapto non vivas, non in me præda futuras
Aedes, nec rapiat parta paterna Deus.

XIX II.

Si quid promittis, solvas; si solvere non vis,
Qualis Epenthesis es, Syncopa talis eris.

XXIII.

Verbosos odi; rara est constantia verbis.
In multis; paucis dicere multa potes.

XXIV.

Dum mandant verbis, fac; si neglexeris illud,
Mandatum baculus durius ipse dabit.

XXV.

Hostis sis hosti patriæ, curvoque rescinde
Ense caput, nunquam sit tibi manca manus.

XXVI.

Esto bonus dignis, aliis non; vulgus ut inquit;
Sed bonus esto bonis, tu bonus esto malis.

XXVII.

Tu non sis varius: variis involvere temet
Non valet; in multis postea nullus eris.

XXVIII.

Discas multa pati; vincit patientia multos.
Hæc est vincendi ars; sic mihi vixit eris.

XXIX.

Facta canas nulli; virtus non indiget ullo
Verbo; vicinus dum videt ista canes.

XXX.

Virtutes jactes nunquam; res ipsi docebit
Quis sis; commendant facta modesta virum.

XXXI. Tu

XLII.

Tu socios quatas fidos; morisque profanos
Abjicias; multos perdidit ista lures.

XXXII.

Si quis te laudat, laudarem conspicacquisit;

Cerne sed & laudes, quas tua facta docent.

XXXIII.

Succurras miseris, miseros contemnere noli;
Nos omnes miseri polluti esse; scias.

XXXIV.

Sepe tacere juvat; verum dicenda tacere
Non decet; & qua loqui, vana tacere potes.

XXXV.

Filius afflictæ patriæ pater est simul; audis?
Hoc nomen quatas, & mihi magnus eris.

XXXVI.

Circumspectus agas, tacitus circumspice cuncta;
Quæ perdunt alios, hæc tibi pestis erunt.

XXXVII.

Erratum cœles minimè dum corrigit alter;
Audi, non pudor est, corrige facta; decet.

XXXVIII.

Assentatores fugias; fœdissima rerum
Monstra; ligant multos func latente bonos.

XXXIX.

Non sis tu parcus; nimium nec largus oportet;
Largus perdet opes, perdit avarus opem.

XL.

Cum dare vis, non dic: Paulò post; decipis illum
Qui petit, & pendet sic sine func miser.

H

XL I. Quis

XLI.

Quis sis perpendas, & quæ prosapia noscas;
Principis es protes, Princeps digna dabitis.

SIGISMUNDUS RAKOCL

Crescas in magnum, frater charissime Georgi.
Arte regas mentem, brachia Marte geras.

GABRIEL PERENYI.

Tu renoves patriæ fractas virtute ruinas;
Per varios casus membra relapsa leva.

SIGISMUNDVS DEBRECZENI.

Esto lux patriæ, spes sis tutissima genti.
Nostriæ, sis Cirpis firma cofutina tua.

MICHAEL ORSZAGH.

Herculeas superè vites victricibus armis,
Vestra rebellantes ultro lœva premat.

NICOLAUS NYARI.

Robur ut est brachijs, anilium prudentia firmaum
Jungat, & in bello dirigat arte manus.

GEORGIUS NEHEZ.

In te crescat amor patriæ, dum vita supersit,
Laus tua sic crescens, non mortura manet.

SIGISMUNDVS DEBRECZENI.

Deus qui vitalem spiritum donavit,

NICO-

NICOLAUS NYARI.

Ad hunc radiantem dicem & conservavit;

SIGISMUNDVS RAKOCL

Divino afflatus tibi precor adlit.

GABRIEL PERENYI.

Qui sapientia firmo praedio,

JOHANNES BELDI.

Te, qui que ornavit claro ingenio,

GABRIEL VSZ.

Illustrat mentem raro & judicio;

GEORGIVS NEHEZ.

Ex hoc Gymnasio remeister abducat,

GABRIEL PERENYI.

Divina voluntas qui sedes ordinat;

MICHAEL ORSZAGH.

Defendat superne, & hostes prostrnat.

JOHANNES BELDI.

Prodijt Georgius, quem virtus genuit,

GABRIEL PERENYI.

Ad arma paratus, vultus ut innuit;

H 2 SIGIS-

SIGISMUNDVS DEBRECZENI.

Ecce stat, ad natus paternos gespicit.
mox sibi omnia

GABRIEL VSZIOZI

Venit jam terminus, Princeps Celsissime,

NICOLAVS NYARL

Ut Pallas Georgium donet militia.

SIGISMUNDVS RAKOCI.

Recipe; in ipso est nihil fimbile.

GEORGIVS NEHEZ.

Imbuit Minerva inclita virtute.

MICHAEL ORSZAGH.

Reddimus parenti, spectato corpore.

SIGISMUNDUS RAKOCI.

Jam restat ut ipsi nos dicamus.

Omnes

MOSES RAKOCY VALE.

F I N I S.

FINIS

Schola triumphata per... Georg. Rakoci
vége